



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies
Meditationibvs illustratæ**

Paderbornæ, 1697

S. Joannes & Paulus. 26. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62968)

in imperante, at contra præceptum Christi, ne agas, nullam cum vitiis, aut vitiorum stipendiariis, pacem habeto. *Nam tranquillitas ista tempestas est.* S. Hieronym.

3. S. GALLICANUS ut pacem secum ipso haberet, abdicatis à se aulæ titulis, militiæ ducatu, & conjugii fortunâ, atque honoribus, factus est servus omnium in Christo. Hæc optima animæ tranquillitatis conciliandæ ratio, infra omnes se se deprimere, & nulli præferre, vel comparare. *Non est periculum quantumque te humilias: est autem grande periculum si vel modicè te extollas vel uni præferas, quem fortè parem tibi veritas indicat, aut superiorem.*

S. JOANNES &
PAULUS.

26. Junii.

Scientes quod à Domino accipietis retributionem hereditatis, Domino Christo servite. ad Coloss. 3. v. 24.

Quia pax non est impiis, nec dux olivæ in perfida Juliani Apostatæ aulâ, inferi se passæ sunt; JOANNEM dico & PAULUM Germanos fratres. Hi in Constantini aula
Ff 3 educari,

educati, constantiæ eius filia ministri, &
 ob novatam bene operam, etiam hæredes
 facti, cum altiora ambirent, omne illud æs,
 per pauperum præmisere manus, ad cœli
 thesauros comparandos: quos cum eis eri-
 pere Julianus non posset, nec fidem vero
 Deo ut, suo exemplo perjuri, frangerent,
 impetraret, vitam eripuit utrique per Te-
 rentianum, qui fœdè mentitus est, eos in
 exilium missos; cum rectà abscisso capite
 ad patriam potius honorum pervenissent.
 Id tamen beneficium Terentiano, quamvis
 malè de se merito, reliquerunt, ut liberato
 ad cæsorum tumultum, ab inferno hospite
 ejusdem filio, qui vitam abstulerat corpo-
 ris, cum fide vitam mentis reciperet, vitæ
 insuper Martyrum postea factus scriptor &
 encomiastes. Porro Sanctos hos Martyres
 tempestatum potentes plebs piè credit &
 veneratur, tibi major non imminet tempo-
 stas, quàm cum animæ periculum. Habes,
 si vis Martyres hosce patronos. Ribad. in vi-
 ta ss.

MEDITATIO

De vita & Martyrio S. Ioannis
 & Pauli.

Quantum

1. **Q**uantum beneficium! JOANNES & PAULUS pessimè de se merito Terentiano, filium ejus à Dæmone possessum liberârunt, & Terentiano conversionem à Deo impetrarunt, Hoc est *Benefacite his, qui oderunt vos.* Qui sic facit, arbor bona est. quæ fustibus iteratò vapulans, percussori demittit fructus. Quid prohibet te Imperatorem Sigismundum imitari, qui cum carperetur à suis quod inimicos non interficeret: *Inimicus inquit non parco, sed interficio: quia inimicum ignoscendo & benefaciendo reddo amicos* Et hoc est odium illud Davidis, psal. 30. *Odio perfetto oderam illos.*

1. SS. Martyres JOANNES & PAULUS ut superarent Tyrannum Julianum ante omnia concupiscen-
tiarum suarum domuerunt Tyrannidem. Ut amulato-
rias, observa S. Augustinum gloriosa dicen-
tem de Martyrum victoriis: *Non Martyrum sola ef-
fuso sanguinis consummat. nec sola dat palmam exustio
illa flammarum: pervenitur non solo occasu. sed etiam
contemptu carnis ad coronam: carnem afflexisse libidi-
nem superasse, avaritia restitisse, triumphasse, pars ma-
gna Martyrij est.* S. Aug. de SS. MM. 40.

3. SS. JOANNES & PAULUS Constantiæ Con-
stantini filix hæredes facti, æs illud in pauperum
sinus occultaverunt, ne Hælluoni Juliano præda
obtingeret. Quid non tolerat? quid non timet,
qui sperat hæreditatem ne spe sua excidat? & quid
fit pro hæreditate æterna filiorum Dei? Quin! pro
momentaneâ voluptatulâ lethaliter peccaminosâ

Ff 4.

venditur

460 [07]
venditur cœlum, & si cliens offendit vel semel Me-
canatem suum quàm facile exhereditatur; quoties
offendisti Deum.

S. LADISLAUS.
CONFESSOR.

27. Junii.

*Regnum meum non est de hoc mun-
do, si ex hoc mundo esset regnum
meum, ministri mei utique certa-
rent, ut non traderer Judæis. Joan. 18.*

LADISLAUM Belæ primi Regis Unga-
rorum filium imò MARIE, vides; ita
totus ab hujus uberibus, dum vixit, pe-
pendit, sed neque mortuus, ut audies, di-
misit. Caterum vix alius Regum tot vir-
tutibus aut purpuram ornavit, aut coro-
nam distinxit: ut minus mirer, si legam au-
lam ejus ab Angelis frequentatam esse. Cer-
tè ipse ab Angelo germanum suum vidit
coronari, sed & Angelum sub cervi tee-
mate ignitis cornibus locum vidit
signare, quo promissam Matri Magnæ ædem
conderet. eorundem cœlitum ope, cum in
multis aliis pugnis, tum in duello contra
patruum